

# DIALOGI DE IMMORTALI-

tate animæ, ad Serenissimum  
Hispaniarum Regem  
Philippum.

PER F. PETRUM ALFONSUM

*Burgensem Montis Serrati Monachum,*

*& Eremitam nunc primum in  
luce editi.*



Examinati mandato Reuerendissimi Inquisitoris.

BARCINONE.

Apud Claudium Bornat.

1561.

PROLOGVS  
IN LIBELLVM DE  
IMMORTALITATE ANIMAE  
AD SERENISSIMVM  
Hispaniæ Regem  
Philippum.



**P**LERIQVE mortalium fluxarū re-  
rum cupidine in tam deplorandam de-  
uenere cecitatem, Rex Christianissime,  
vt præter hanc vitam, nullam aliam,  
vel optent, vel quod infelicius est, esse  
credant. Vnde cum Sardanapalo nunquam non occinūt,  
Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas. Quod Ecclesia Ecclesia. 3.  
istes vir ille sapientissimus aduertens, illorum ridens de-  
mentiam tanquam per ironiam inquit, Vnus est interi-  
tus hominis & iumentorum, & aqua vtriusq; conditio,  
sicut moritur homo, ita & illa moriuntur, similiter spirant  
omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Quis nouit  
si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus  
iumentorum descendat deorsum. Huiusmodi garrunt  
perditi illi homines. Quamobrem mihi visum est in hac  
solitudine à quotidiano peculiariq; studio meo paucillum  
temporis subducere, & de pulchritudine animæ eiusque  
immortalitate, verisq; delicijs aliquid dicere, quo illorum  
dementia detecta aliquando, Deo adiuuante in se redeat.



A D S E R E-

NISSIMUM HISPANIAE

REGEM PHILIPPUM DIALO-

GI DE IMMORTALITATE

animæ, compositi à fratre Petro

Alphonso Burgensi Mo-

nacho & Eremita

Montis ferrati.

*DIALOGVS PRIMVS.*

CHRISTIANVS.      SADVCEVS.



HR. Existimabam equidem  
dogma illud Sardanapalicum  
(egregium scilicet) iam olim  
obliteratum. Sad. Quod nam  
est illud Christiane? Chris.

Quod interrogas? illud nempe: Ede, bibe,  
lude, post mortem nulla voluptas. Sad. Et  
quid tu cōtra illud habes Christiane? Nō-  
ne verissimum hoc, & ex medio philoso-  
phiæ fonte deproptum? Chr. O hominē

B

impu